

DISPVTATIO JURIDICA AD L. Scio illud. ff. de restitutione in integrum.

QVAM,

Annuente Deo Opt. Max.,

SVB PRÆSIDIO


Clarissimi & Consultissimi Viri,

D. NICOLAI DEDEL, J. C., & in Illustriss. Lugd. Batav. Acad. Professoris,


Publicè discutiendam proponit

HENRICUS REAEL, Amstel. Batav.

Ad diem 25. Martii, horis locoque solitis.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud ABRAHAMUM COMMELINUM.
ANNO CIↃ IↃ C XLIII.





Amplissimis, Clarissimis, Prudentissimisque Viris,

D. PETRO REAEL, Parenti omni reverentia in æternum colendo.

D. NICOLAO DEDEL, I.U.D., Studiorum meorum promotori meritissimo.

D. FRANCISCO REAEL, I.V.D. Fratri.

D. IACOBO BAS, I.V.L. Affini.

Primitias hasce

Submissè offert & inscribit

HENRICUS REAEL.

Resp.



DISPUTATIO JURIDICA
AD
L. Scio illud. ff. de restitutione in integrum.

Scio illud à quibusdam observatum, ne propter satis minimam rem, vel summam, si majori rei vel summæ præjudicetur, audiatur is, qui in integrum restitui postulat.

POSITIO I.

OBservatum.) Quæ judicio sæpius ventilata & decisa, serio observanda, & pro lege habenda. Nec tamen consuetudo, quæ legis vim habet, atque pro jure non scripto habetur, requirit judicium contradictorium; quamvis plurimum proficiat ad ejus probationem. *l. 32. cum lll. seqqq. ff. de legib.* Schneidew. *ad l. ex non scripto. instit. de jure natur. gent. n. 6.* Gail *lib. 2. observat. 32. num. 8.*

II.

Consuetudinis ea vis est, ut vincat & abroget legem. Modo longo & diuturno usu ita observatum fuerit, nec absonans à ratione, alias corruptela dicenda. *l. 33. ff. de legib. l. 2. C. quæ sit longa consuet. & ibid.* Perez. *num. 10.*

III.

Minimam.) Rei minimæ prætor rationem etiam habere solet. Gomez. *ad §. penales. instit. de action.* Etiam concedere restitutionem. Couvarruv. *Var. resolut. lib. 1. c. 3. n. 11.*

Quamvis autem ob minimam rem, 1. ad duos aureos, prætor non dat actionem de dolo, attamen actioni furti locus est ob minimam rem furto ablatam. *l. 9. §. fin. cum l. seq. ff. de dolo. §. gallinarum. instit. de rer. divis.* Baro *ad l. 10. ff. de dol. Diß.* Zasius *singul. quæst. cap. 26.*

IV.

Majori rei vel summæ.) Vt si gregem emerit

merit aut vendiderit minoris,in uno capite circumſcriptus non propterea in integrum reſtituendus. Baro *ad. d. l. 4.* Facit *l. 16. ff. de except.* ubi exceptio,ut præjudicium prædio non fiat. Admittitur adverſus petentem ſervitutem. Adde Zaſ. *ad. d. l. 16.* Duaren. *ad. tit. de reſtitut.*

V.

Intelligenda *d. l. Scio.* non ſolum de minore, ſed etiam de majore. Pinell. *ad. l. 2. C. de reſcindend. vendit.*

VI.

In integrum reſtitui.) Reſtitutio in integrum eſt cauſæ jure amiſſæ redintegratio. quæ conceditur tam majoribus,quam minoribus 25. annis.

VII.

Furioſis & prodigis datur reſtitutio ex edicto de Majoribus. cap. Sc. *Si qua mihi juſta cauſa,* &c. Non autem ex edicto

de minoribus. distinguendo. Dissent. Sfortias Oddo *tract. de restitut. in integr. part. 1. quæst. 3. art. 1.*

IX.

Beneficium restitutionis cum ob causam læsionis datur tam majoribus quam minoribus, est reale. transit ad heredes & fidejussores. Sin vero intercessu fiat ob minorem ætatem, fidejussoribus non proderit. Sackelmann. *illustr. quæst. Disput. 3. thes. 1.* Perez. *ad. tit. C. de fidei minor.*

X.

An minor, si vetulam, edentatam, annis rugisque obsitam, patre cogente duxerit, utetur beneficio restitutionis? quod negamus. Gail. *2. observ. 93. n. 22.*

XI.

Minori adversus minorem, filiumf., & mulierem restitutio deneganda non est. Perez. *in C. ad. tit. qui & advers. quos.*

Minori

XII.

Minori hoc beneficium conceditur adversus omiſſam ſolutionẽ canonis, quando agitur emphyteuſi avitâ aut paterna. Fab. *errore pragmat. 5. decad. 25. num. 14. Diſſent.* Bartol. *in l. cum filiusfam. §. in hac ſtipul. num. 4. ff. de verbor. obligat.*

XIII.

Iuris u. Doctor à reſtitutione non excluditur, ejuſque petitio nomen famamque non minuit. Sarmiento. *ſelectar. interpr. lib. 3. cap. 12.*

XIV.

Minor reſtitutionis beneficio renuntiare non poteſt, quamvis juramentum acceſſerit, ut etiam juramentum reductionem ad arbitrium boni viri non inhibet. vide Oddon. *d. p. 1. quæſt. 26.*

COROL-

COROLLARIA.

I.

Contractus bonæ fidei ob dolum dantem causam contractui, est ipso jure nullus, sed ob incidentem non æquè.

II.

Minor existens fidejussor & laudatus ac approbatus à majore, si restituatur in integrum ex capite minorum, non oberit hoc majori. Dissent. Bald. *in l. cum ostendimus. §.3. ff. de fidejuss. & nominat. DD. in l. de die. §. qui mulierem. ff. qui satisd. cog.*

FINIS.

